

A esse testatur Ammianus Marcellinus: Rerum gestarum libro decimo octauo.

## S V P E R I G N E S O L I C I T U S .

**A**Tque hoc quidem animal, quod ignem ingenitum, & in ipsis ossibus astrusum gestat, ignem tamen præcipue formidat, adeò ut nihil æquè vereatur atq; prætentas faces, quibus ad ferociam eius dominandam nihil efficacius: quod & Homerus testatur eo carmine:

Kακούριπα τε δέται τάς τε πειθαρίδας πίπει.

*Ardentesque faces, quas quamvis sauiat, horret.*

Et Pindarus Nemeis: Πύρ ἡ των πατέτες γραυουμαχᾶν τε λεβιτῶν οὐχ χρόξεντάς αντιλύεις δεινοτάτων σχάσσεις θόρυτῶν. In cuius trepidationis admirationē adducti Aegyptij sacerdotes, hominē superigne formidolosè sollicitū, & quasi vesaniētē, ostendere si vellent, leonis simulachrū, & faculam pingebant. Id nōs vix autoribus credebamus, antequā & Flortetiæ, & demū Romæ leones hac potissimū ratione domari cōspiceremus. Simulachrū hoc in marmore cæsum Romę vidi via Leoniana, quæ ad Popularē ædem ducit, erutum frustum ex Augustorum mausoleo. Leo erat humi sessitans capite sublato, & in tergo verso: in trāsuer-

B sum adsculpta erat fax pinea cum nuce in summo capulo, tæniaq; à face in leonis tergo porrigebat. Quāvis verò apud autores scriptū repererim, nihil aliud ex hieroglyphico huiusmodi significari, quām, vt dicebamus, eum qui superigne pauidus esset: si tamē liceat mihi sententiā his meā admiscere, rei istius interpretationē esse dixerim, edomitū furorē. Causam cur ita ignem expauescat leo, Peripateticī eā afferunt, quod eius animalis vis præcipua in oculis cōsistat: quiq; oculos sicciores calidioresq; habet, iij maximē omnī ignē auersantur. In idē verò significatū adduci possit ilicis folium leonino pedi subiectū: siquidem Magi ferunt leonem ilagineo folio calcato torpescere: eandemq; vim esse folio scilicet traditū à Zoroastre, nō illo inquā antiquo, sed qui post Plutarchum fuit.

**E**T ne lōgius à leonina formidine digredia-  
Emur, gallū is identidē, & præcipue albū, vt  
Ambros. ait, à quo etiā Pythagoras abstinentiū  
iubet, mirum in modū perhorreficit: quod pro-  
symbolo colendæ diuinitatis accipi quidā pro-  
cidere. Siquidem gallus, de quo Lucretius,

*Quem nequeunt rabidi contra constare leones*

*Inq; tueri, ita continuo meminere fugat.*

diuinū quiddam præ se fert, vt latius in Com-  
mētario de volucre ea perscripto differuimus.  
Diuinitatē vero omnis terrena potestas refor-  
midat, at reueretur. Leones porrò cùm Deūm  
matri sint dedicati Terra, ipsi addicti intelligū-  
tur, & superius bonā leonis partem, quippe quod à iubis est reliquum, terram  
præ se ferre dicebamus. Sed enim alia hui⁹ formidinis causam adducit Proclus  
libello de Magia: ait enim, gallū & leonē præcipue solaria esse animalia: sed cur  
gallū leones vereātur, nō posse nos à materia, sensuue rationē assignare, sed à su-  
perni tantū ordinis contéplatione, quia scilicet præsentia vīsue solaris virtutis  
magis gallo infusa sit, quām leoni cōcessa. quod ex eo coniectare videtur, quod  
exploratū omnibus est, applaudere illū hymnis surgenti Soli, quasiq; iubar eius  
aduocare, eo p̄sertim tēpore, quo ex medio Antipodū cœlo digressus ad nos

## RELIGIOSA FORMIDO.

